



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs XXX. Exaltabo te, Domine, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Vox Domini ceu flamma vorax quaq; obvia per-  
Flamma perurendi nō habitura modum. (dit:  
Vox Domini trepidare facit loca tristia Eremi,  
Desertumq; Cades vox tremere illa facit.  
Vox, ut parturiant ceruae, facit illa, repente  
Deiicit astutas arboribusq; comas.  
At tua templa, Deus mitissime, firma manebunt,  
Vnde tibi laudes nomina cuncta ferent.  
Diluicio statuit Dominus circumdare terras:  
In solio ipse tamen regia sceptra geret.  
Virtute ipse suum populum prstante beabit,  
Et benedicendo pace suaq; teget.

### PSALMVS XXX.

Exaltabo te, Domine, &c.

**L**AUDIBUS extollam meritis te, sancte Iehoua,  
Quod caput è foue atollis ad alta meum.  
Nec sinis hostiles superaddere scommata, fastus,  
Vnde suo in cætu gaudia plena ferant.  
Tu Deus omnipotens, cum te in mea vota reposco,  
In fragili sanas corpore membra mihi.  
Tu Deus hanc animam de faucibus extrahis orci,  
Ilorum in tumulo vita sepulta manet.

Sacrati

Sacrae Domini diuinas dicite laudes,  
Gratisono cantu tollite ad astra Deum.  
Ira eius breuis est, oculi vix durat ad ictum:  
Usq; adeò vita est atq; salutis amans.  
Vespertina sinit lacrymare crepuscula, manè  
Latitia exoritur, sole vehente diem.  
Cum mea felices implerent carba sa venti,  
Ladere me, dixi, nulla procella potest.  
Nam tibi summe Deus, placuit circumdare mon  
Quo cœu firmato robore tutus eram. (tem,  
Mox ubi propitium cœpisti abscondere vultum,  
Corporis offa mei diriguere metu.  
Rebus in angustis Dominum in mea vota vocabo,  
Flectere conabor voce precante Deum.  
Quid prodesse meus, rogo, tunc poterit tibi sanguis,  
Auferet hinc ubi me mortis auara manus?  
Num tibi puluis iners referet pia munera laudū,  
Glorificans fidei dogmata certa tua?  
Propitius mihi sis, Deus, exaudiisse memento,  
Auxilium mihi sis, præsidiumq; meum.  
Tu querulas anima mutasti in gaudia voces,  
Quæ dicit latos, libera facta, choros.  
Consciso unguentum preciosum in corpore sacco  
Fragrat,

*Fragrat, exultant laticea ossa mea.  
Ut tibi, si quid inest fragili hoc in corpore laudis,  
Cedat id omne, tuus nec sileatur honos.  
Mi Deus, et rerum Domine et iustissime vindex,  
Laudibus implebo secula cuncta tuis.*

PSALMVS XXXI.

In te, Domine, sperauui, &c.

**I**n te, Christe, mea fixa est spes firma salutis,  
Hac me frustratum ne patiare, rogo.  
**Q**uin potius miserum, Deus o mitissime, serua,  
Per, tibi qua propria est, adsere, iusticiam.  
**T**u facilem inclina miserandis fletibus aurem,  
Festinam misero, nam potes, adfer opem.  
**T**u mihi præsidium tutum, tu petra salutis,  
Vnde mihi certum suppetit auxilium.  
**E**t quia turupes mihi, tu fortissima turris,  
Per tua sancta meos nomina siste pedes.  
**M**e quoq, cum validum sis robur, & anchora fi-  
Cassibus eripias, quos posuere mihi. (da,  
**H**anc commedo tuis animam manibusq, resigno,  
Mi Deus, est merito namq, redempta tuo.  
**O**di ego, pro veris qui friuola dogmata spargunt,